

Bau“ [II 1], die bereits seine bergmännische Prüfungsarbeit gewesen war und nun 1832 mit lateinischem und deutschem Text erschien. Im Universitätsarchiv Heidelberg sind ferner Cottas Antrag auf Verleihung der Doktorwürde und sein zugehöriger Lebenslauf erhalten [I 8]. Beides, der damaligen Sitte entsprechend lateinisch geschrieben, ist bisher unveröffentlicht und sei hier wiedergegeben:

„Decane spectatissime!

Viri ordinis philosophorum illustrissimi amplissimi

Cum iam studiis academicis fere finitis, eo me pervenisse putem, ut honores in philosophia summos capessere liceat, Vos V. V. D. D. (viri doctissimi) oro rogoque ut ad examen in Mineralogia atque praecique in Geognosia nec non in scientiis physicis, chemicis atque mathematicis, quatenus rerum metallicarum studioso eae tractandae sunt, me admittatis mihi que si vobis dignis ero visus, doctoris in philosophia gradum benigne conferatis.

Curriculum vitae, ex quo studiorum meorum ratio pateat, ac testimonia praelectionum quas audivi adieci.

Heidelberg
die XIV Decembr 1832

Carl Bernhard Cotta
rerum metallicarum candidatus“

„Curriculum vitae.

Natus sum in vico Zillbach prope Isenacum die IX. Cal. Novembr. 1808, patre Henrico Cotta, qui tum rei saltuariae praefectus erat, nunc vero a summis consiliis est rei saltuariae, matre Christina Ortman. Quum vero pater mox sedem fixisset in vico Tharand prope Dresdam, sylvarum administrationem et dimensionem in regno Saxoniae curaturus, inde a quinto aetatis anno privata institutione usus sum, ac praeterea publicam scholam, quae illo loco floret, frequentavi. Elementa linguae latinae, Historiae, Geographiae et Physicae me potissimum educuit verbi divini minister illius vici, a quo etiam in religione Christiana institutus sum cuique plurimum me debere, grato animo profiteor.

Ästate anni 1822 Dresdam adductus sum, ubi in schola Crucis quae dicitur florentissima antiquis literis praesertim operam dedi, minime tamen rerum naturalium studia, quantum licuit, neglexi, quin lapidum collectionem iam antea inceptam sedule augere studui. Atque ita rerum naturalium studio captus, factum est, ut ab illa schola dimissus anno 1827 apud me constituerem, rerum metallicarum scientiae me dicare. Itaque primum in Academia rei saltuariae, quae patris mei curae commissa floret Tharandi, praelectiones audivi de rebus physicis, Mineralogia atque Botanica, deinde in Academiam celeberrimam Fribergensem me contuli ubi inde ab exeunte anno 1827 studiis rei metallicae strenuam quatuor per annos operam navavi. Praelectionibus virorum doctissimorum: Lampadius, Kühn, Hecht, Breithaupt, C. Naumann, Reich, A. Naumann, Lehmann, Kersten et Garbe, interfui de mathematica pura, de mathematica altiori, de physica, de petrefactis, de oryktognosia, de chrysallogia, de chemia universali, de chemia technica, de officinis metallicis, de chemia analytica, de geognosia, de structura metallica, de architectura, de applicata mathematica, de machinis artis metallicae, de jure rei metallicae et de modo ac ratione administrationis rerum metallicarum, de quibus testimonia sub Nr. I—XI adieci.

Studiis peractis, examen rerum metallicarum studiosis subeundum, anno 1831 die XXVIII et XXIX mensis Jul. subii et in praemiorum distributione, quae insecuta est, praemio academico ornatus sum. Proximos menses hibernos in ditone Fribergensi ad huc commoratus sum, quo accuratius cognoscerem rationem et modum, quo in his regionibus metalla exerceri ac tractari solent.